GAUDEO

J.C.B.



John Carter Brown.

21:5.D.

GER=
MANIAE EX VARI=
is ſcriptoribus perbreuis explicatio.

Authore Bilibaldo Pirckeymero
Conſiliario Cæſareo.

Auguſtæ apud Hainricum Stai=
ner. Anno M. D. XXX

JOHN CARTER BROWN

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMI
no Herimãno Neuenario Comiti ac Præpoſito Co-
lonienſi &c. Bilibaldus Pyrckeymerus S. D.

IN tibi comes illuſtris Germaniã no
ſtrã σχέτωτίκὴν in qua nil certius
affirmo, quàm quód nihil ferè affir
mo, attamen anſam fortaßis tam ti-
bi, quàm eruditis reliquis præbue-
ro, ut exactius, quàm nos fecimus,
Germaniam noſtrã illuſtrent. Quid enim abſurdius,
quàm Germanos orbem deſcribere uniuerſum, patri-
am tamen interim propriam nequaquam ex obliuionis
uindicare barathro? Proinde quod Germaniam ultra
Viſtulam & ad Tanaidem uſq; extenderim, ex ſcripto
rum priſcorũ authoritate feci, ac ideo calumniam par-
uipendo: nec Germanis uicio dari poterit, quód tam la
tas amiſerint, ſeu potius reliquerint prouincias, quum
pro cœlo inclementi, aruisq; ſteribilibus tam felices ad
epti ſunt regiones, ueluti Gallias, Hyſpanias, imò, Ita-
liam ipſam, ut interim de Africa, ac quicquid in Aſia
à populo illo actum eſt, ſileatur. Hoc planè conſtat, ſi
Germanis ob res magnifice geſtas pares eueniſſent
ſcriptores quod nullis gentibus factis clariſſimis poſte-
riores fuiße legerẽtur. Cæterũ, quid tua parturiat gene
roſitas, auide expectamus, quum illam nil niſi delicias

A ij parere

parere ſciamus. Nos Ptolomei librum primum, tam Græcæ, quàm Latine breui dabimus, Inde & reliquos adiunctis tabulis, ſi diuina conceſſerit bonitas, cum pleriſq; alijs ad Geographiæ cognitionem non minus neceſſarij, quàm iucundis. tua interim bene ualeat claritudo, et nos (ut facit) amare. non deſinat.

Nurembergæ Kalendis Iulij. Anno ſalutis. M.D. XXX.

GERMANIAE EX VARIIS SCRIPtoribus perbreuis quædam explicatio.

ADmodũ difficile eſt, ueteris Germaniæ ſtatũ ac conditionẽ explicare. nõ ſolũ ob priſcorũ ſcriptorũ incuriam, ſed quia ſero tandem tota peragrata ac cognita eſt: etenim cum ueteres Germani bellis potius, quã literis operam impenderint, nil mirum, ſi res præclare ab eis geſte interciderint, aut minus fideliter a bexteris relatæ ſint ſcriptoribus. Quid enim Græci præter fabulas de Germania ſcripſerunt? Romani uero, quoniam ubiq; ferè propriæ ſtuduerunt gloriæ, non tam geſta ſua maximis exulterunt laudibus, quàm incommoda à Germanis accepta callide texerũt. Quis enim eorum clades à Carbone, ſeu L. Caſsio, aut Scauro Aurelio, uel Seruilio Cœpione, ſiue M. Manlio acceptas exacte recenſet, quas tamen breuiſsime Tacitus refert, & Cæſar Caſsium Conſulem occiſum, exercitum uero eius pulſum eſſa nequaquam diſsimulat. Quin & nulla præterquam Paterculi nuper inuentu extat hiſtoria, quæ Quintilij Varij cum legionibus internitionẽ explicat. Vnde nõ ab re ſuſpicari licet tã Plinij de bellis Germanicis libros, quàm Cornelij ac aliorum ſcripta bus inuidis eſſe ſuppreſſa, ne Germanorũ gloria pl's ut quo excelleret, accedit quòd Romani et Græci ſcripto

res ut plurimum ob ignorantiam locorũ aberrarunt, non ſolum ij, qui nunquam ad Germaniã acceſſerũt, ſed & qui res in illa geſſerunt. Cuius rei uel præcipuũ documentum eſſe poteſt, quòd Cæſar flumen Scalde in Moſam influere ſcribit, ac Strabo Lupiã et Viſurgim ad Amaſium in unum deferri refert. accedit quód & nomina gentium, locorũ ac ciuitatũ, ubiq; ferè, ob pronunciationis difficultatem, deprauata ſunt & inuerſa. Demum uero uniuerſalis Germanorũ tranſmigratio omnia confudit ac ita perturbauit, ut in quibuſdã potius coniecturã ſequi neceſſe ſit, quàm quód aliquid certi aſſeri poßit: nihilo minus tamen operam dabimus, ut breuißime, et ſi non omnia, at quædam ſaltem loca tanquam è cæcis eruamus tenebris, nil in hac re doctioribus præiudicãtes, ſed libenter, ubi melius quàm nos ſenſerint, herbam porrigentes. Proinde licet ſcriptores plerunq; Germaniam à Gallia, per Rhenum fluuium diuidi aſſerãt, conſtat tamen Romanos eam quoq; prouinciam, quæ ultra Rhenum eſt, primã ac ſecundam adpellaſſe Germaniã: quod profecto minime feciſſent, ſi Germanis quicquid ultra Rhenum eſt, auferre uoluiſſent, qui pridem ac ante Romanorũ aduentum in Galliam tranſierant, illamq; incolebant. Vnde & lingua & legibus à Gallis, ut Cæſar refert, differebant. Ab ea igitur Germaniæ parte initium faciemus, quæ ultra Danubiũ ſita, & à Romanis olim ſubacta eſt, indeq; ad Rhenum

ad Rhenum ac inferiorem accedemus Germaniam, demumq; ad Germaniam tranſgrediemur magnam. Verum ſub initium hoc ſcire refert, Romanos Rhetiam, Vindeliciam & Noricum ab Agugusti tempore uſq; ad Odoacris irruptionem, hoc eſt, per annos circiter quingentos poſſediſſe, qui cū Italiam occupaſſet, omnes ferè Romani noīs incolas in Italiam reduxit, ne irruentibus Germanis cederent in prædam.

RHETIA.

¶ Rhetiæ igitur nomine cōtinebatur olim, quicquid terrarū inter Rhenifontes, nec non montem Adulam, et Aenum fluuiū iuxta alpes continetur præterea inter Danubium & Italiam, Veronam uſq; et Comum, ita ut & alpes, qui nunc Curienſes & Atheſim uocantur, Tridentim, Tyrolenſes quoq;. & Oeni Vallis incole omnes ſub Rhetorum nomine comprehenderentur, excepta Vindelicia, quæ ꝓpriū eſt ſortita nomē, hanc Rhetiā licet iam multi ac uarij inhabitent populi. maxime uero Alpeſtres ac Sueui, illaq; pluribus & uarijs ornata ſit ciuitatibus, paucißimeq; tamē Romanæ antiquitatis reſtant ueſtigia, licet aliqua ſuperſint. & primū. Iuxta Rhenū & nō longe ab illius fontibus

Curia	Cur. certum.
Bregetium.	Bregnitz. certum
Sublauio	Brixen.

Abuſiacum	Fueſſen certum.
Matreio	Matran.certum.
Campodunum	Kempten.certum

¶ Iuxta Danubium uero.

Targetium	Stulingen
Bracodurum	Pfùlendorff.
Dracuina	Ehingen
Viana	weyſenhorn
Pheniana	Laubing

¶ In mediterraneis.

Druſomagus	Memmingen
Roſtronemanios	Mundelheym
Tarodunum	Riedling
Aræ Flauiæ	Nordling,uel potius Heydẽheym
Rinſiana	Giengen

Alcimoens.werd.con. Vel Eyſtauia, aut Albus Burgus. Et hæc omnia coniecturaliter.

¶ VINDELICIA.

¶ Vindelicia adhæret Rhetiæ, uel potius illi incluſa eſt,terminatur autem ob ortu flumine Aeno,à meridie Alpibus,ab occaſu Lico fluuio,à Septentrionibus Danubio,hanc iam potiſsimũ incolunt Bauari,tũ inferiores,tũ ſuperiores.Iuxta Licum uero Sueuorum pars.

Strabo

Strabo Licatios, ſeu Clautenatios et Vennones inter Vindelicos fortiſsimus eſſe dicit Ciuitates aũt antiquæ in illa ſunt Auguſta Vindelicorum. Augſpurg certũ.

Damaſia	Dießen.certum.iuxta lacum Ambræ.
Ambra	Amper. apud lacum & fluuium eiuſdem nominis certum.
Parthanum	Partenkirch,certum
Inutrium	Mittenwald.certum
Cambodunum	Kemma..certum
Pontes Scaphonij.	Scheffelern,nunc monaſterium ſuper fluuio Iſara certum.
Carrodunum	Kreynberg iuxta waſſerburg.cer.
Vallatum	Feilenbach,certum
Fruxinum	Freyſing,certum
Iſniſca	Iſen,iuxta Friſingam
Mocenia	Motzing,certum
Piſonium	wiſcheiburg, certum,inter Straubingam & Deckendorff
Medullum	Melding apud Muldorff.certum
Atilia	Altenburg, certum. non longe à neuburgo iuxta Danubium.
Cæſarea	Reſchnig certum.non longe ab Ingolſtadio.
Sumuntorio	Hohenwarth. monaſterium certum.
Abudiacum Danubianum.	Abach,certum
Auriſium	Rot.certum

Abuſina	Abenſperg. certum.
Epona	Epenburg. certum. ſupra nouam ciuitatem.
Artobriga iã Veltẽburg.	Monaſteriũ ſupra Ratiſponam certiſſimum ex magnis ædificiorum ruinis
Abudiacum	Happing. iuxta Roſenheyn

Tigurina metropolis Norici, uel Auguſta Tyberij, ſeu Regino — Regenſpurg. certum.

Regium	Rocking non longe à Ratiſpona
Vetera caſtra	pfeteren.
Auguſta Acilia	Straubing. nempe ciuitas antiqua, quæ & hodie Azelburg uocatur. certum.
Quintianis uel Quintianorum colonia,	Kützing iuxta Filſhouẽ certiſſi.

Bocodurũ, uel Bocodurum, uel Bolodurum, uel Batabis, Ptolomæo Poedicum. Paſſau, certiſſ. propter confluentiam Aeni in Danubium.

NORICVM.

¶ Noricum incipit ab Aeno fluuio, protẽditurq; ad ortũ Panoniã uſq; ſuperiorẽ à meridie aũt terminatur monte Caruanca, & alpibus Noricis, ad Italiam uſq; à Septentriõibus aũt Danubio: nunc uero inhabitãt occaſum uerſus Bauari. Ad ortũ aũt eſt prouincia, quæ

Ens ex fluuij Anaßi nomine uocatur, et Auſtriæ pars ad meridiē aūt Styria. In Alpibus uero habitant Carnici, partimq; Croati, gens Sclauonica, comprehendi turq; Norici nomine Comitatus Goricenſis & Zilienſis regionesq; adiacentes.

CIVITATES IN Norico.

Pontes Oeni	Oetīng. cerūm.
Bidaio	Laufen. coniectu.
Bedacum	Burckhauſen coniectu.
Iuuauium	Saltzburg. certum.
Teurnia uel Berunū.	Pernau. certum. apud lacum Kemſee.
Aredata	Lintz, coniectu,
Gamanodurum	Braunau. coniect.
Ouilabas	Lambach. monaſteriū iā ſuper flumē Ens. certum.
Lauriacum	Lorch monaſteriū iuxta ciuitatem Ens. certum
Geſſodunum	Ips.
Claudinum	Melck. certum
Cetio	Zeyſſelmaur
Auguntum	Neuēſtat, uel prope: quia nomen repugnat

Vacoriū, uel ut aliqui putant, Sacarbantia. Gretz. cō.

Pedicum

Pedicnu	Pruc'.ſuper flumen Mura.con.
Virunnum	Iudenberg.con.
Zelia	Cili.certum.
Iulium Carnicum	Villach.certum.

PANNONIA SVperior.

Pannonia terminatur ab occaſu Norico: ab ortu uero. Pannonia inferiori. á meridie parte Iſtriæ ac Illyridis. á Septentrionibus autem Danubio. nunc uero illam inhabitant Auſtriæ populi, ac Styri, nec non Sclauorum gentes Croati & Carni.

In ea ſunt ciuitates.

Iuliobona uel Vindobona, ſeu Vindomana, aut Fauianis.	Vienna.certum.
Sabaria, colonia diui Claudij.	Stain am anger.cert.
Carnus	Preſpurg.con.
Muriola	Mureck.con.
Bregetium	Rab. certum. propter confluentiam Rabonis uel Arabonis in Danubium.
Carnunto	Peternell.conieck.
Petouium ſiue Patauium.	Petau.certiſſimum.
Nouidurum	Laybach.conieck.
Et ſub Norico Pannoniæ, Emona	Clemona.certum.

Pannonia

¶ PANNONIA IN-
ſerior.

¶ Habitatur iam ab Hungaris, Sclauis, Siculis, Iazigibus, Hunis, Cunis, Septem caſtrenſibus Germanis, & pleriſq; alijs nationibus. Hungari tamen prædominantur.

¶ Ciuitates eius.

Vimundria	Agran coniect.
Salinum	Ofen. coniect.
Teutoburgium	Senna Erdet. certũ. propter cõfluentiam Dari in Danubium,
Milatis	Vilack certum.
Sirmium	Simach. certum.
Taururum	Alba Græca . certum propter confluentiã Danubij et Saui,
Hermonactus	Kilia. coniect.
Zeugma	Clauſenburg. coniect.

Zarmis Gethuſa, domus uenationis Zarmidis regis: nunc corona apud Septem caſtra.

¶ Reliqua propter uariarum gentium incurſiones coniectore indigent.

¶ Nunc uero tranſcenſo Rheno ad Heluetios perueniamus, licet Heluetiorum deſerta in Ciſrhenana ponantur regione.

¶ HELVETII.

¶ Heluetiorum nomine continebatur, quicquid nunc

Suitenſes

ſuitenſes & confœderati poßident, Rauracos uſq; & Baſileam.

¶ Ciuitates horum.

¶ Lacus Brigantinus, in quem Rhenus influit, nunc lacus conſtantiæ eſt, hunc Ceretos & Vindelicos Strabo attingere refert.

Arbor fœlix	Arben. certum.
Gammodurum	Conſtantia. con.
Vitodurum	Winterduer. cer.
Turegum, uel pagus Tigurinus.	Zurich. certum.
Auanticum	Bibelſpurg. cer.
Solaturum.	Solotoren. cer.
Vindoniſſa, uel Vindonis.	Windiſch apđ monaſteriū Kūgsfelden, in quo eſt ſepultura comitū de Habſpurg. cer.

Et uerſus Sequanos et heduos, nunc Burgundiam & Lotharingiam.

Viſontium	Biſantz. certum.
Tollium	Doll. cer.
Naſium	Nanſe. cer.

¶ Poſt Heluctios habitabant Raurici, quorū caput Auguſta Rauricorum. Augſt, pagus nunc ſupra Baſileam miliare unum. certum.

Baſilea, creuit hec ex ruinis Auguſtæ. Baſel. certum.

Strabo deinde Mediomatrices ponit: poſt quas Tribochæam tenebant terram, quæ nunc Alſatia dicitur, ad Sequa

ad Sequanos uſq;, & Hunorum tergum. Siquidem dū Huni rerum poterentur, quicquid ad ortum poſſidebant Oſterreich nominabant, quicquid autem ad occidentem weſterreich. his Strabo Triuſgros adiacere refert, apud quos tum temporis Romani Imperatores pontem ſupra Rhenum edificabant.

Monte Briſiaco, uel Breucomagus.	Breyſach. certum
Argentoratum	Straßburg ertum.
Tabernæ	Zabern.

¶ Non deſunt qui Argentoariam Colmar, Elcebum uero Schletſtat eſſe putant, ſed falluntur: nam ſupra Rheni ripam Argentoaria & Elcebus erant.

¶ Sequuntur Vangiones nunc Spirenſes, quamuis uſus obtinuit, ut Vangiones wormatienſes, Nemeti uero Spirenſes dicuntur, ſed præpoſtere.

Berbetomagus	Speyr. coniect.

Ptolomeus uero Argentoratum Vangionibus attribuit.

¶ Hærebant his Nemeti, quorum fines ad Treuiros uſq; extendebantur.

¶ Ciuitas cuius.

Rufiniana	wurms.
Neomagus	Oppenheym, uel Spira potius.

¶ Quam uis non deſint, qui Rufinianam Speyr. Neomagum uero wurms eſſe putant Bauconiam

autem

autem oppenheym.

¶ His iuncti erant Treuiri occidentem uerſus quorum olim fines latißimi erãt: nã à Rheno ad Mediomatrices uſq; extendebãtur. pariter & ad Menapios & Moſam: ita ut quicqd hodie à Moguntiaco p Treuirenſis epiſcopi ditionem & Moſelle montes: ſeu Obrinci tractum, ad Arduennam, & ultra, necnon quicquid per prouinciam nunc weſterreich & Lucelburgium continetur, id omne Treuirenſis erat ditionis.

¶ Ciuitates uero iuxta Rhenum ſunt.

Mocontiacum	Mentz. certum.
Bingium uel Vingio. hic Naue fluuius in Rhenum exit	Pingen. certum
Legio Traiana	Drechshuſen, q̃ſi Traiani domus
Voſauia, aliàs Ficelia	Ober weſel, ibi cæſa & ſepulta eſt Mãmea mater Alexandri Impe. certum.
Bodobriga	Poparten. certum
Confluentes	Coblentz, ibi Rigodolum eſt oppidum Ammiano, quamuis etiã non longe à Treuiorum Auguſta pagus ſit, qui hodie quoq; Rigol appellatur.

Et hic erat limes Germaniæ ſuperioris, quem Obrincus fluuius dirimebat, inde Germania ſequebatur inferior.

In me

¶ In mediterraneis autem ciuitates.

Auguſta Treuirorum Trier, certum

Nouomagũ ſuperius Nymag. pagus circa Berkaſtel

Pontes Sarni Sarpruckh, certum

¶ Et uerſus Mediomatrices,

Duro cortorũ Arencort, iuxta portũ S Nicolai

Matricorũ ſiue Dinodurum Diedenhofen, in ripa Moſellæ à Francis Theodonis uilla uocata. regia Caroli Magni, certum

¶ Cæterũ nõ parua eſt diſceptatio, qs ſit fluuius Obrincus, quẽ Ptolomeus ſupra Moguntiacum ſtatuit. Quidã enim illũ Naũ, qui iuxta Bingiũ in Rhenum defluit, eſſe putãt. Alij etiã Rhenũ trãſgreſsi Mœnũ eſſe cẽſent, ſed ꝑcul dubio Moſella eſt, licet Ptolomeus in eius ſitu (forſitã ex aliorũ relatiõe) deceptus uideri poteſt. Equidẽ ſi Naus eſſet, ſeq̃retur, quòd Moſella penitus a Ptolomeo fuiſſet obmiſſa, quòd planè incredibile eſt, ꝙ fluuius adeo inſignis fuiſſet neglectus, & lõge minor, Naus nẽpe, recẽſitus, qui & ipſe nõ ſupra ſed infra Moguntiacũ labitur. Mœnũ uero per Obrincũ deſignari, plane ineptum uideri poteſt, quòd in deſcriptiõe ſuperioris & inferioris Germaniæ, tranſcenſo Rheno, Mœnus deſcribi & quaſi humeris ultra Rhenum tranſportari deberet.

¶ Ripuarij dicti ſunt, q in Treueris ad Moſellæ habitarũt ripã, nec nõ inter Moſellã Rhenũ ac Moſam

á Francis Ripuaria uocata eſt Neuſtria & Auſtraſia

¶ A confluentibus uero Vbiorũ incipiebat ditio, quorum fines ob fidem egregiam, mirum in modũ à Romanis fuere auctæ. traduxit hos Aggrippa ad ripã ulteriorẽ, sed nõ inuitos, ut Strabo ait. Horũ urbes erãt

Autunaco uel Autiniacum, sed forſitan potius in Treueris, quàm Vbijs eſt ponendum.	Andernach. certũ ibi cõditum eſt corpus Valentiniani Imperatoris.
Rigomagus. hic Arar Renum influit.	Reinmegen. certum
Bonna,	Bon. certum ex cuius oppoſito Genoſia eſt, ubi Druſus, teſte Floro Rhenum põte coniunxit.
Agrippininſis Colonia, Vbiorum caput.	Colonia. certum
Noueſium. Tacitus in Legnis quemadmodum & Geldubam eſſe ſcribit.	Neuſz certum

¶ E in mediterraneis.

Marcodurũ.	Duren. certum.
Duromagus.	Durmegen, cert um.
Iuliacum.	Iulich. certum.
Corioualũ ad Menapios pertinebat potius, quã Vbios.	Ach, uel prope, certum

Lugodu

Lagodunum | Seuen burg

Gelduba nunc diruta, pagus adhuc uocatur Gelbū, iuxta arcem Linem Epiſcopi Colonienſis.

¶ Vbijs uerſus occidentem herebant Menapij, quorū fines olim latiſsimi erant, ad Caſtellū enim protendebantur oppidū, eratq; ſub ditione eorū tractus ille, qui iuxta mōtes ſunt, quos nūc. Eyfliam adpellamus, ac quicquid inde eſt uſq; Morinorū terminos, necnō Comitatus Namurciæ, Ducatus Lymburgenſis & falkenburg, ac transflumē Moſam pars Hannoniæ ad Picardiam uſq; & Eburones, habitarunt enī utramq; Moſe ripam, authore Cæſare & Tacito. Paludes uero Menapiorum, quorū & Strabo meminit inter Eyfliā & Limburgenſem ſunt ducatum, regio hodie Alta palus uocata, hominibus fere inacceſſa, & uix ſtructis quibusdam ſemitis permeabiles, ſunt et circa Geldriæ cōfinia Menapiorum paludes, in ea regiōe que hodie uocatur, die Vogtey uon Geldern, Iuxta Venlo & Kēpen. Strabo hos nouiſsimos ad utramq; fluminis ripam eſſe dicit. Menapijs adherebant Morini quorū portus Geſſoriacū nunc Cales.

Caſtellum | Keſſel. iuxta Moſam oppidum dirutum

Vaganum oppidum non procul a Caſtello. | Wagenheym.

Tongeren ciuitas,

Namurcum	Namur
Leodium	Lutich
Atuacum uel Atuacutum.certum	
Samobrina	Cameracum,certum,uel Potius S.Quintinus
Taruana	Terwan, certum
Tarnacum	Tornach,certum
Geſſoriacum nauale	Gent,certum
Lugodunum	worcken,uel mons S.Gertrudis.
Icius portus,uel Geſſoriacum	Cales, certum

¶ Deinde Batauorũ ſequebatur regio obtinebãt autem Batauí quicquid à ſectione Rheni inter Moſam & Rheni comprehendebatur oſtia Cærtũ hoc prætereundum non eſt, quòd licet Ptolomeus tria Rheni ponat hoſtia, Tacitus tamẽ niſi duorũ mentionem facit: unum ubi Moſæ commiſcetur,& Vahalis uocatur Alterum uero qua Germaniã præuehitur,donec Oceano miſceatur. Strabo quoq; duo hoſtia Rheni ab Aſinio tradi refert,eosq; accuſandos,qui plura dicũt idemq; Pomponius Mela ſentire uidetur, noſtro autem æuo tria Rheni oſtia eſſe ſcimus,quorum tertium Iuſula uocatur. Vtrum igitur tertiũ illud Taciti tempore haud fuerit,ſed poſteriore eruperit tempore,indagatione nequaquã indignum uidetur. Due nanq; iã inſule inter Rheni ſunt hoſtia,Batauorum & Canenefatum, quorum

rum altera Velania dicta eſt retinet & tertiū hoſtiū inſule nomen, eſtq; regio ea pars Geldriæ, & diœceſis Traiectenſis, nuncq; inſula ſuperior appellatur, cōprehenditur & magna pars Holandiæ ſub Batauia, necnon ea terræ portio, quæ patrū noſtrorū ætate ab Oceano eſt ſubmerſa. Tacitus Batauos uirtute inter Germanos fuiſſe præcipuos refert, & Chattorū olim populum, ob ſeditionē in eas ſedes trāſgreſſos. Proinde licet Batauia hoc tēpore multis ornata ſit ciuitatibus, paucis tamē antiqua remanēt nomina, ex quibus ſunt.

Traiectum quod inferius adpellatur, nunc	Vtricht. certum.
Portus Manarmanis uel Naualia	Campen. certum
Vetera	Santen. certum
Tiberiacū, non longe à Santen	Berick, quāuis aliqui putent Tiberiacū inter Coloniā & Iuliacum eſſe ſitū, & forſitan eſſe Bergheym.
Bagaoum, quod retinet nomen antiquum.	Bagenheym. ibi habitabant Arenatij.
Neomagus	Neumegen.
Colonia Traiana	Keyſers werd.
Calkiaci	Calcar. Tacitus,

Tametſi ciuitates iſtæ ſupra inſulā Batauorū ſunt ſitæ, & ad Belgas pertinebant.

¶ Inde per miliaria duo diſtabat Batouodurũ, nunc penitus exciſum, extat tamen arx noie Pattenberg.

¶ Dorderacum præterea & Briel hodie portus ad modum famoſi ſunt.

¶ Poſt Batauos & ultra Rhenum Buſactori parui, quos quidã Bructeros eſſe uolũt, à Ptolomeo ponuntur, tenebãt ij eã Germaniæ terrã, quæ iuxta Rhenũ eſt, & uerſus Boreã tendit, hodie Phriſie pars eſt.

Horum iam urbes ſunt.

Dauantria	Deuenter.
Suollis	Suoll

¶ Inter Buſactores & Phriſios Vidrus fluit fluuius ac in mare exit Phriſiũ, hodie nigra adpellatur unda eſtq; nauigabilis.

¶ Supra hos iuxta Rhenũ habitabãt Sycãbri, à quibus Frãci ortũ ſumpſere, qđ quidẽ multis argumẽtis oſtẽdi põt, nugẽtur Gallici ſcriptores quicquid uelint de Troiana gẽtis origĩe, & ciuitate illa magna Sycãbria adpellata, meris mẽdacijs cõſtructa, oĩa enĩ illa fabuloſa exiſtũt. Horũ ps ſub Octaueão Cæſare in citeriorẽ Rheni trãslata eſt ripã, qui uero remanſerũt poſteriori tẽpore Frãci ſunt dicti, & eã occuparunt terram, quæ hodie adpellatur Franconia, ſeu Francia orientalis, unde & per Frãckfordiã, hoc eſt Francorum Traiectum, Galliã inuaſerunt, quam & hodie tenent. Horum ciuitas erat Aſciburgiũ, nunc Aſpuech locus.

'oc us ruinis tectus, terra uero illa Mōtēſis nūc ditio
nis eſt. ¶ Poſt hos Sueui habitabant Lōgobardi, ho-
die pars marchiæ comitatus, & mōtenſis ducatus ter-
ra illa fuiſſe uidetur. per horū & Sycābrorū terram
tria labūtur flumina, quæ oīa in Rhenū exonerant.
Luppia die Lipp, quæ apud weſaliā cum Rheno cō-
miſcetur, extatq́; hodie caſtellū ſup illius ripam à Ro
manis fundatū Lupia noīe, ac Terlipp uocatur. Secū
dus amnis Rura, hoc eſt, die Roer adpellatur, in Cat
torū mōtibus ortū ſumēs, ac in Rhenum iuxta Roer-
hort influēs, Adranus ut cōiecturare licet à Tacito
uocatus. Tertius fluuiuius Angra, hoc eſt, der Han-
ger, & apud mangerhort Rheno admiſcetur.

¶ Poſtea Tengeri degebāt & Ingriones, inter Rhe-
nū & mōtes, ubi hodie pars Haſsiæ cū Rheno cōiun-
gitur, dicta der Hochrug, ditiones comitū de Naſſau,
Konigſtein &c. wederauia, & ſylua occidētalis, hoc
eſt der weſterw ald, Frāckfordiā uſq;, per horū fines
inſignis labitur fluuius, qui magnā Haſsiæ partē in-
terluit, Lona noīe, ac iuxta oppidū Lonſtein in Rhe-
num exit, quidā Luppiā eſſe uoluerūt, ſed falluntur
nam Luppia hodie nomē ſuum retinet, ac longiſsimo
ſpacio infra Lonam in Rhenum labitur, & ideo du-
biū eſt, num Lona Romanis ſcriptoribus cognita fue
rit. Tacitus Tengeris equeſtris diſciplinæ laudem tri-
buit, quemadmodum Cattis pedeſtris.

¶ Poſtea erant Intuergi,ubi hodie eſt ditio Palatini, Heydelberg,& Perkſtras. His iuncti erant Vargiones,ubi nunc Franconia, quæ orientalis uocatur,eſſe putatur,cum Dioceſi wirtzburgenſi.

¶ Sequebantur Charitini, nũc Ducatus wirtenbergenſis,cum adiacente ſibi Sueuiæ parte.

¶ Sub his erant Veſpi,hodie Marchionatus eſt Badenſis,cum prouincia, quam Priſgaudiam uocant.

¶ Inde Heluetiorũ erant deſerta,nunc ſylua nigra, cum regionibus ſibi annexis.

¶ Iuxta Oceanũ uero ſupra Buſactores Phriſij colebãt tam occidẽtales quàm oriẽtales,gens hodie longißime protẽſa,nõ ſolũ enim uſq; ad Amaſium protẽditur fluuium,ut Ptolomeus refert,ſed ad Albim uſq; pertingit:in horum finibus Amaſius uel Amaſia,qui. die Ems, in Oceanũ exit. Horũ hodie urbes ſunt.

Leberden.

Groningen ciuitas inſignis.

Embden.

Phabiranum Premen.con.uel Tecclia.

¶ Supra hos colebãt Cauchi, qui adpellabãtur parui, uſq; ad flumen Viſurgim. Deinde ad Albim uſq; Cauchi habitabãt maiores, nũc Saxonie pars ac Ducatus Lunẽburgenſis eſſe cẽſetur,nec nõ Epiſcopatus Bremẽſis & Hildesheymẽſis. Tacitus hos ad Chatos uſq; deducit,ac inter Germãos nobilißimos uocat,&

ſingulari

ſingulari iuſticia excellere ſcribit.

¶ Deinde ad collũ Cymbrice Cherſoneſus Saxones, quemadmodum & nunc habitabant.

¶ Ciuitates eorum hodie ſunt:

Treua	Heymburg, coniect.
Lirimeris	Lubeck ciuitas inſignis, uel Mulheym coniect, quia Lubec nouiter eſt condita.
Leuphona	Mollen, uel Hanofer, coniect.

¶ Sequitur Cherſoneſus Cymbrica, q̃ hodie eſt ducatus Holſatiæ & Schleſuicẽſis, habet nũc epiſcopatum Schleſuicẽſem, Ripẽſem, Viborgenſem, & Archuſienſem. Ciuitates uero quàm plures, ueluti Haderſleuẽ. Elenſporg. Schleſwick &c. Plinius Cymbris mediterraneos quoq; adiungit Cymbros.

¶ Poſt Saxones à Chaluſo amne. qui hodie Drauenna eſſe cenſetur, ad flumen Sueuum, nunc, dic, Spre, habitabant Pharodini, Horum ciuitates erant.

Laciburgiũ	Sund. con ſunt qui Roſtock putẽt
Aliſus	Neu Brandenburg, con,
wiſmer	
Mollen	

Roſtock, Ciuitates nouæ à ſorabis Sclauis cõditæ, nũc terra illa Saxoniæ, & ducatus Megaloburgẽſis pars eſt, Hunc totũ tractũ maritimũ, ad Viſtulã uſq; cum magna parte prouinciarum mediterraneorum, olim

Sclauini, Sorabes, ac Viltzi occuparunt, cum quibus & Carolus magnus, ac Daniæ poſtea reges multa geſſerunt bella, ab his maior pars ciuitatũ, quæ nunc florent, eſt cõdita, ſuperſunt adhuc reliquiæ illorum, magna gens & plane miſera, ac cõtempta, ab omnibusq; oppreſſa.

¶ Sueuus uero fluuius iuxta ciuitatem Sundenſem in mare exonerat Germanicum, quæ marionis altera cenſetur.

¶ Deinde erant Sideni ad Viadum ſeu Gutadũ uſq; fluuium, qui hodie eſt Odera, amnis inſignis, & qui non minorẽ ſuſcipit fluuiũ Neuſſam noïe, ac iuxta Caminum ciuitatẽ epiſcopalem in mare exit Germanicũ, hodie pars eſt ducatus megaloburgenſis, ac Stetinẽſis

	Ciuitates uero ibi ſunt.
Limoſaleum	Lebus
Iouincium	Bernau.
Virunum	Angermund. coniect.
Stetin ciuitas.	
Grypſwaldia, nunc ciuitates inſignes.	

¶ Sub his Rutichij incolebant ad Viſtulam uſq; hodie, die weyxel.

	Ciuitates horum ſunt.
Rugium	Camin. certum. propter exonerationem Viadi.
Sturgun	Graudnitz. coniecturali.

Kolberg

Kolperg
Stolpe
Louenpurg

¶ Vltra uero Viadũ, hodie ducatus eſt Pomeraniæ, & dito antiquorũ ducũ Saxoniæ, qui adpellantur de Louenburg. Et iuxta exonerationẽ Viſtulæ in mare Dantiſcum, hodie Emporium celebratum,

¶ Internarũ autẽ gentium maximã eſſe Sueuorum Angllorũ Ptolomeus ſcribit, hi fuere qui poſteriori-bus tẽporibus inſulã Britannıã, nunc ab illis Angliã dictã occuparunt, erãt hi magis oriẽtales Sueuis Lõgobardis, qui poſtea in Italia conſederunt hos. Tacitos paucos, ſed nobiles & bellicoſos eſſe ſcribit.

¶ Iuxta erant Sueui Semnones, ubi nunc eſt Marchia, Brãdenburgenſis dicta, & ad Albim uſq; ꝑtendebantur, ac ultra illum etiã habitabant, uſq; ad Sueuum fluuium; hi poſtea omnes populariter demigrarunt, ita ut nec ueſtigium ullum Sueuorum ibi remanſerit.

¶ Poſt hos gẽs erat Burguntorũ. Plinius Burgũdiones uocat, qui & ipſi emigrãtes in Gallia cõſederũt. Vnde & ab eorum noīe Burgundia adpellatur.

¶ Cæterũ inter Cauchos paruos atq; Sueuos incolebãt Buſactores maiores, & ſub his Chemæ, & deinde Angriuarij, quorũ reliquiæ hodie quoq; ſupſunt. Epiſcopusq; Colonienſis ſe ducẽ Angriuariorum adpellat

pellat

pellat. nũc Oſtphali & Beſtphali ibi degunt, & Monaſteriẽſes, necnõ Badẽ bornẽſis & Bremẽſis eſt epiſcopatus. Vltra Viſurgim uero epiſcopatus Hildesheymenſis, & comitatus Raueſpurgenſis, ubi poſteriori tempore habitarũt Nortmanni, qui Galliã uehementer afflixerunt, & id ex uetuſto Germanico authore diſci poteſt. qui ſe ex ea gente originẽ habere gloriatur, quicquid de his ſomniẽt ſcriptores Gallici, & eos a Dania ueniſſe autument, Angriuarios & Chamanos à tergo Dulgibinis & Caſuarijs claudi Tacitus ſcribit, à frõte autẽ Phriſijs excipi. Per weſtphaliam Aniſius fluit amnis inſignis, ac in mare Phriſiũ iuxta Emdem labitur. In hoc Druſius Bructeros nauali uicit prelio, Strabo Hamaſiam adpellat.

¶ Ciuitates uero eorum ſunt.

Mediolanum	Monaſterium. coniect.
Teuderium	Padeboren. coniect.
Siatuanda	Oſenbruck. coniect.

Et ultra Viſurgim ducatus Brunſuicenſis.

Hildesheymenſis ciuitas.

Tuliſurgiũ	Brunſuick. coniect.

Poſtea erãt Lacobardi, ſub quibus Dulingi, ubi nunc eſt Marchia antiqua, & epiſcopatus Meydeburgenſis. ¶ Ciuitates uero ſunt.

Meſouium	Meydburg, uel Melden.

Halberſtadienſis epiſcopatus.

Inter

¶ Inter Saxones & Sueuos Teutonari & Virunni erant. Horum ciuitates nunc.

Treua — Hauelburg. con. ciuitas & epiſcopatus.

VVelſenach.

¶ Poſtea Teutones & Anarpi. Quorum ciuitates nunc ſunt.

Berlin & Brandenburgenſis ciuitas

¶ Inter Ruti hios autem & Burguntos habitabant Elueones. Horum ciuitates nunc ſunt.

Scurgum — Graudnitz. coniect.

Aſcaricadis — Toren. con.

¶ Su Semnonibus habitabant Ilinge. nunc pars eſt Lauſniciæ.

¶ Sub Burguntis autem Luti Omani, et Luti Diduni ubi nunc eſt Stargadia in Pomerania.

¶ Sub Ilingis ex utraq; parte Albis degebant Calucones. ubi nunc eſt Hertzperg, & pars Miſsniæ circa Cerbſt.

Cherуſci inter Albim fluuium habitabant, & Viſurgim, dirimebanturq; ab angriuarijs, ut Tacitus ſcribit, lato aggere, quẽ illi extulerant, quo à Cheruſcis dirimerentnr, & quum Druſus Germanicus Cheruſcos adgreſſus fuiuſſet, Arminius cum illis trans Viſurgim inſtructa acie ſtetit. is enim Romanos et Cheruſcos interfluebat. Vnde planè conſtat, Cheruſcos eã inhabitaſſe

taſſe terram, quæ hodie Saxoniæ pars eſt, cum Duringia uniuerſa. Saltũ uero Teutoburgenſem, in quo Varus cũ Romanis legiõibus cæſus eſt, haud procul ab Amiſia, teſte Tacito, abſuiſſe conſtat. Druſi uero Trophea, Ptolomeus quaſi ad ortũ Viſurgis ponere uidetur. Id ſi uerũ eſt circa Fuldenſe fuerunt monaſteriũ. nam & Strabo refert Druſum, quũ inter Salã fluuiũ & Rhenum belligeraret, oppetiiſſe.

¶ Camanni autẽ eam tenebant terram, quæ nũc eſt Miſnia, uſq; ad Melibochum montem.

¶ Verſus ortum autẽ Albis habitabãt Benochemæ circa Cottowitz & Dreſen.

¶ Supra hos erant Batini, ubi nunc eſt ducatus Sagenſis.

¶ Et adhuc ſuper hos habitabant Corconti ſub mõte Aſciburgio, ubi hodie Gerlitz eſt. & Pautzen, cũ reliquis ciuitatibus, uſq; ad Poloniam.

¶ Luti Buri uero uſq; ad Viſtulã protendebantur, hodie Sleſia eſt, ubi et Bratislauienſis ciuitas, quæ Budorgis cenſetur, et Poloniæ pars, uſq; ad fluuium Viſtulam.

¶ Inde Sidones erant, ubi nunc ducatus Oppolenſis, Poſtea Cogni, ubi hodie ducatus eſt Teſchenſis.

¶ Demum uero Visburgij ſupra ſyluam Herciniã, nunc pars eſt Morauiæ circa ciuitatem Olmicenſem.

¶ Rurſus ſupra Sueuos, Ptolomeus Caſuarios, Ner

tercanos.

tereanos,& Dãduros ponit,ibi forſitã,ubi hodie dicto Comitũ de Hennenberg eſt, & regiões quæ uocãtur Puchen, & Ron,cum ciuitatibus Smalcaldia,Koberga, Egra & reliquis.

¶ Sub his aũt Turones & Martungis colebãt forſitan,ubi hodie ea regio eſt,quæ uocatur Palatinatus ſuperior, circa Ambergã, uſq; ad ſyluã Bohemorum. Verum hic nil certi affirmamus.

¶ Iterũ ſub Camanis Cathæ, ſiue ut Tacitus adpellat Cati, Cheruſcis ad occaſũ cõtigui fuere ac propinqui, i.ã ut Tacitus ſcribit, quũ Druſus ex improuiſo Chattos inuaſiſſet,Cheruſcis in animo fuiſſe ut Chattos iuuarent: ſed à Cecinna ꝓhibitos eſſe,quapropter abſq; dubio patet Chattos uicinos fuiſſe Cheruſcis,& eã habitaſſe ꝓuinciã, quæ hodie eſt Haſtia:nã ut Cornelius inquit,apud illos colles rareſcere incipiũt,nec terra adeo paluſtris eſt, quẽadmodum in Germania inferiori.hi ſuccedente tẽpore Cheruſcos ſubegerunt, indeq; cum Hermiduris ob Salis flumẽ cõtendentes, penitus cæſi fuerunt, quum uictores diuerſam aciem Marti & Mercurio ſacraſſent,& forſitã ob illas Salis fontes pugnatum eſt, qui hodie apud Hallenſes in Miſnia cernuntur.

¶ Horũ ciuitas erat Stereontiũ Caſſel cõiecturaliter.

¶ Pheugarũ,Marpurg.con.Tacitus refert Matium caput gẽti fuiſſe,quã & ſummis laudibus attollit.

pra

¶ Supra Catthos habitabãt Tubanti, hodie ea regio Eßfeld cenſetur, & Syluahartz.

¶ Inde ad Sudetos montes erãt Theurochemæ, iam Foytlandia eſſe putatur.

¶ At ſub montibus erãt Variſci, ubi nunc ciuitas eſt Babenbergẽſis, & mõtana, q̃ Babẽbergenſia uocantur, cum oppidis Holfeld, Kulmbach, Peyrreut, Hof.

¶ Cæterũ nec hoc prætereundũ in hac regiõe montem eſſe Piniferũ dictum, ex quo quatuor inſignia & nauigabilia oriuntur flumina, quæ ad quatuor mundi tendũt plagas. Aegra enim ad ortũ fluit, & in Bohemia cũ Albi miſcetur. At Nabus uerſus Auſtrũ fluẽs in Danubium tandẽ exit, Sala autem ad Septentriones labens, & ipſa ab Albi excipitur, Mœnus uero uerſus occaſum in Rhenum exonerat.

¶ Sub Martungis erant Curiones, inde Chetuari & Parmecãpi, ubi hodie Auſtriæ pars eſt Cis Danubianæ, iuxta Krembs, Znaem, & Niclaſpurg.

¶ Inde habitabãt Marcomannij, hodie regio illa Morauia eſt, quæ ſe ad Sudinos extendebat, & Danubium uſq;, ubi hodie ciuitas eſt Preſpurgũ, geßit hæc gens maxima bella cum Romanis, præcipue Antoninorum tempore.

¶ Ciuitates nunc habet inſignes Olmicenſem, Eburum fortaßis & Brunenſem,

¶ Sub ſylua autẽ Hercynia Quadi erant, ubi nunc

ſunt

ſunt oppida Kam, Kalmuntz, Grafenau, uſq; ad Lu-
nam ſyluam, apud quos ut olim, hodie quoq; ferri per
ducat minera.

¶ Sub ſylua uero Luna, ſeu potius inter ſyluā Lunā
gēs magna erat Bæmorum, qui et Boiohæmi uocabā
tur, ac undiq; claudebātur ſyluis, eā regionē Morabu-
dus obtinebat, Romanis olim bellis clarus, ſub quo tū
ut Tacitus refert, Sueuice etiā gētes, Sēnones & Lon
gobardi, nec non Marcomāni erāt, ad quos ab Armi-
nio pugna deuictus conceßit. Verum Sclauinorum
poſtea gens, cum multitudine ſua totā ferè inundaret
Europā, eā inuaſit terram, ac expulſis ueteribus colo
nis uniuerſam occupauit, & licet illi hodie quoq; Bo-
hemi uocētur, nequaquā tamē Germāica, ſed Sclauio
nica utuntur lingua, quæ & ueterē illorū redarguit
originem. nunc in regni formā eſt redacta, ac multis
urbibus inſignita, diues frumenti, pecoris, piſcium, ac
minerarum, admodumq; populoſa, necnon potentiſſi
mis Baronibus magnaq; nobilitate decorata, huius re
gionis ciuitates eſſe cenſetur. Coridorgis & Mediola-
nium, forſitan nunc Praga & Pilſa. Hi hodie ad Da
nubium ferè extēduntur, ac ideo Teracatrias & Ra
catas quoq; occuparunt.

¶ Proinde plures alias Germanicas gentes Tacitus
ponit, inter quas & Marſos recenſet. Scribit enī quū
Druſus Germāicus Marſos adoriretur, quas & ma-

C gna

gna clade affecit, quòd exciuerit Bructeros, Tubãtes & Viſipetes, ut ſaltus, ꝑ quos exercitui regreſſus patebat inſiderent. unde liquet has gentes oẽs uicinas, & haud lõge à Rheno abfuiſſe, licet Ptolomæus Tubantes etiam ſupra Chattos ſtatuat.

¶ Porrò Marſorum reliquiæ adhuc in Germania ꝑmanent. nã Saxonum inſulæ, ubi Albis in mare exonerat, hodie à Diet Marſis, hoc eſt, populoſis Marſis habitantur, & à Marſorum nomine adpellantur.

¶ Bructeri à Ptolomeo haud noĩantur, niſi qs Buſactores paruos ꝑ Bructeris accipe uelit. hos Druſus pugna nauali in fluuio Amiſio deuicit: in horũ terrã immigrarũt Chamãi & Angriuarij pulſis Bructeris.

¶ Præterea & Mattiacos Tacitus recenſet, qui & ipſi à tributis, quemadmodum & Bataui exempti erant, ac ſolum ad uſum reſeruati bellorum.

¶ Vſipios et Tencheros, Chattis ꝓximos eſſe ſcribit Tacitus. Vſipiorum uero Ptolomæus nec meminit.

¶ Hermunduros non refert Ptolomeus, ſed Tacitus Albim quoq; in Hermunduris oriri ſcribit, id ſi uerum eſt, pars erunt Bohemiæ.

¶ Iuxta Hermunduros Nariſci à Tacito ponuntur, à tergo uero Marcomannorum & Quadorum Marſigni Gotthini, ſiue Gutones, qui & Gotthi.

¶ Ariorum, Helueconarũ, ac reliqua priſca Germanorum noĩa nunc penitus exoleuerunt. Peucinos autem &

tem & Baſtarnos, Plinius Dacis conterminos eſſe dixit. Superſunt & hodie in Tranſyluania, quæ Sibenburgenſis adpellatur, Germanorum reliquiæ, utrum uero poſtea illac migrarint, aut ſemper ibi habitarint, nil certi quod affirmem habeo.

¶ Sane Rugorũ terra et hodie nomẽ retinet, pluresq; principes de titulo Rugorũ cõtendunt, ueluti Marchiones Brãdenburgenſes, Megalburgenſes, & Pomeraniæ duces. Supereſt & inſula Rugorum, ex oppoſito fluuij Sucui, ubi in mare exit. Hi poſterioribus temporibus magnum nomen ſortiti ſunt.

¶ Suionũ deinde ciuitates Tacitus ponit, quos claſſe etiam ualere ſcribit, forſitã hodie Sueti ſunt & Dani, poſt quos mare eſt glaciale, id Tacitus pigrũ uocat. Siquidẽ et Plinius refert immenſas inſulas nõ pridem à Germania comptas, quæ ꝓculdubio Suetia, Dania & Noruegia ſunt, quæ lõgiſſimo terrarum tractu ab ortu in occaſum excurrunt, ita ut ab Vſſlandia, quæ gradus ſeptem in longitudine habere creditur, uſq; ad gradus ſexagintatres ꝓtendatur. In latitudine uero à gradibus quinquagintaquinq; uſus ad gradus ſeptuaginta duos ſint cognitæ, cũ inſulis adiacentibus, uelut Iſſlãdia, ſiue glaciali, Finlandia, Vermenlãdia, Gronlandia, uſq; ad hoĩes ſylueſtres, qui ob more feroces wildlapmanni uocantur. Vltimus uero limes Chriſti cruci ſignatus eſt, quẽ nemo abſq; regis licentia trã-

ſcēdere poteſt,& cū comitatu magno,& is limes cō tinet in latitudīe gradus ſeptuaginta circiter. Inde nō lōge erecta eſt arx,quæ uocatur warthaus,uel dom9 præſidij. Venīūt tamē quotidie a Septētriōībus,terra q; incognita, ac a mari glaciali hoies quidā barbari, Caroli uocati,mercimoniorum gratia in Gronlandiā cum magno exercitu,& ut ꝑ cōperto habetur,ex altera pte poli Septētrionalis, hoc plane cōſtat, Suetiā continentem, & non undiq; mari circumfluam eſſe. Noruegiæ ciuitas principalis & emporium hodie eſt Bergen, quæ habet in lōgitudine gradus. 24. 16.in latitudīe uero gradus.61.15.Suetiæ aūt ciuitas præcipua eſt Stockholma,quæ cōtinet in lōgitudine gradus.42.38.in latitudine gradus.60.30.at Daniæ caput regni eſt Copenhagia.longitudine gradus.35. 24.latitudine 56.30.obtinens.

¶ Inter inſulas uero Daniæ Gotlandia hodie quoq; nomen retinet,ſuntq; in illa ciuitates,eccleſia Pharenſis,& ciuitas Veſpu.

¶ Supeſt & inſula Schandia uel Scania, quæ hodie quoq; Schōlandia uocatur, cum alijs inſulis quāplurimis ad regnum Daniæ pertinentibus.

¶ Deinde Effluorū gentes,in dextro Sueuici maris littore habitare Tacitus ſcribit.hos Prutennos eſſe liquet,quia apud illos nunc,ut olim ſuccinū colligitur.

¶ Inde Sitonum ſequuntur gētes,& hunc finē Sueuiæ eſſe

uiæ eſſe Tacitus refert,forſitan hodie Eyſlãdia eſt, Põ
ponius Mela Hermiones ultimos Germaniæ eſſe di=
cit.Ceterum Ptolomæus ultra Viſtulã Sarmatiam au=
ſpicatur Europeam,quam eo quoq; tempore,quemad
modum & nunc multæ Germanorum habitabant gẽ
tes,ueluti Gythones,Alani,Rugi,Scyri,Vandali,&
cũctæ aliæ Gotthorum nationes. poſt quorum trans
migrationẽ,Sclauini,ut dictũ eſt,ingreſſi ſunt,et ter=
ras illas occuparunt,aut etiam alios expulerunt,gẽs
multitudine ſua numeroſiſſima.& quæ hodie preter
Poloniam,totam Ruſſiam cum Moſcouia.uſq; ad ma
re glaciale,& Tanaim,ac ultra illam etiã multa poſ
ſidet. ¶Cæterum ſinus Venedicus cum magna parte me
diterraneæ regionis,quæ hodie Pruſcia eſt,necnõ Li
uonia uniuerſa,quæ olim fuit Gotia orientalis uſq; ad
Naruam fluuium,qui in ſinũ exit Venedicum, hodie
militiæ Teutonicæ ſanctiſſimæ uirginis Mariæ paret.
Suntq; ibi eccleſiæ cathedrales quamplurimæ,ueluti
Sambienſis,Rigenſis:Hapſelenſis,& ultima Reualiẽ
ſis, Ciuitates uero Elbing,Armel caſtrũ,Mariæ Bor
gus,Mons Regalis. Riga ciuitas,Pornau. Hapſel ci=
uitas,& demũ ciuitas Renalia,quæ habet in poli alti
titudine gradus .62. In mare aũt exeunt poſt Viſtulã
Chronus hodie Paſſaria,deĩde Pregora uł Cherchin
poſtea Armele fluuius magnꝰ.die Memel.uocatur et
Niemen Slauonice,per Muſcouiã fluens,ac in mare

 Pruteni,

Prutenicum tribus hoſtijs exoerans. quidã hunc Chronum eſſe putant. Inde Hillige fluuius, Rubonis fortaſſis. Poler deinde, Turnutus forſan poſtea fluuius ingẽs, qui Duna et Zuina ac Binda uocatur, ex Maſcouia oriens, apud Rigã in mare erũpit, forſitan Cherſinus eſt. Inde iuxta Riualiam Anna fluuius exit, demũ aũt Narua fluuius magnus, et ipſe ex Moſcouia fluẽs ac in Oceanum Sarmaticũ iuxta Flautenã exonerat, Liuoniãq; ex Moſcouia diſterminat, hoſtia fluuij huius in eleuatione Polari gradus habent 64. uel circiter In mediterraneis aũt & haud lõge inde ciuitas magna eſt, Nouogardia dicta, quæ graduũ eſſe fertur. 66. nõ multũ a mari glaciali. Eſt hoc tẽpore Moſcouia cum terra illa uniuerſa magno duci Moſcouiæ ſubiecta, cuius ditio quũ uerſus occidentem à mari Balthco incipiat, per quingenta miliaria alemanica, et magna qui dẽ orientem uerſus ſe extẽdit, quẽadmodũ Moſcouiæ pro certo affirmant, ita ut lõge Tanaim, necnõ Volgã hoc eſt Rha fluuiũ ſupet, & per Aſiaticam Scytiam excurrat. Ioannes enim præſentis ducis Baſilij pater multa ſuo adiecit impio, ueluti terram quæ Permeſta nominatur, necnon Correlam, ac ultimam Iubrã, ex qua olim egreßi ſunt Hungari, qui in Pannonia ſedes fixerunt: quod non ſolum ex cõmuni patriæ liquet nomine, ſed q, & lingua eadem utuntur, qua Hungari, licet incomptiori. Sunt uero prædictæ gentes, non ſolum Barbaræ, ſed & ferinæ ac beluinæ,

pane

pane carẽt,et ſolũ ex uenatiõe ferarũ et piſciũ uiuũt, et quia nihil aliud poßidẽt,tributi noĩe nil niſi aĩaliũ pelles,et piſciũ dẽtes magnos Moſcobiæ duci ſoluũt, ex quibus cultellorũ fiũt manubria,præcipueq; apud Turcas in precio habẽtur.ſed et Tartari Koſanẽſes, qui iuxta caſtrũ Koſam,qđ ſupra flumine Volha ſitũ eſt,unde & nomen ſortiti ſunt. Moſcobitæ ſubſunt impio, ac illius iuſſu bella capeſſunt. Moſcobiæ uero ad ortũ Tartari adiacent Sauolhenſes,necnõ Tartari Nohaiẽſes,Sabolenſes,qui ſe cæteris præſtare putãt, ad mare ſe extendunt Caſpiũ,at Nohaienſes admodũ ſunt ſeptentrionales,& quotidie Moſcouiã ſuis infeſtant incurſiõibus.à ſeptẽtriõibus uero Moſcouia Oceano terminãtur glaciali.à meridie q̃ũt uaſtißimis campis,necnõ Lithuania et Ruſcia,à qua noſtris temporibus Ioannes dux Nouogardienſem ducatũ cũ ciuitate eiuſdem noĩs maxĩa,necnõ Mozaiſenſem ducatũ abſtulit. Præſens uero dux Baſilius Ploskouienſem & Smolenſem ducatus,cum pluribus alijs Lithuanis & Rutenis ademit. Vtuntur Moſcobitæ ac Ruteni lingua Sclauonica, ritũq; obſeruãt Græcũ:reliquis uero gentibus, quibus Moſcobitæ et Lithuani impant, ſingulis ꝓprius eſt ſermo. Ciuitas, in qua dux ipſe ut plurimũ degit Moſcouia, quemadmodũ et regio ipſa adpellatur,fluitq; p eã nominis eiuſdẽ fluuius uaſtus. Vrbs eſt ingens, ſed tota ferè lignea, præter caſtrũ et palatium ducis,quæ ex lapidibus ſunt conſtru

cta diſtatq; à ciuitate Smolēſi, quæ ĩ Rußia eſt poſita cētũ miliaria Germanica. Smolēſis uero ciuitas a Vil na ciuitate ingenti Rutenorũ abeſt miliaria centũ ui ginti. at Vilna a Cracouia regia ciuitate Poloniæ per miliaria cētũ, ita ut à Cracouia uſq; ad Moſcouiã tre centũ & uiginti ſunt miliaria Germanica magna à Nurenberga autē Cracouiã miliaria ſunt cētũ et ali= quid plus. Sunt autē gētes illæ ĩcomptæ, & admodũ barbaræ, et extremæ præterea ſeruituti ſubiectæ, ita ut omnia quēadmodũ inter Turcas dominorũ propria eſſe cēſeātur. Prĩcepsq; Moſcouiæ cũctarũ rerũ pro prietatē habeat. uſum fructũ uero ſubditis utēdum re linquat, nõ diutius tamen, quã ſibi placet. Moſcouita= rum terra pars eſt Sarmatiæ Europeæ ubi Ptolomæ us Hyperboreos et Baſilicos ponit Sarmatas, necnõ Modocas, à quibus forſitã Moſci ſunt deriuati. præte rea Hyppophagi Sarmatæ ibi degebant. necnõ Zaca tæ, Suardeni & Aſei, et iuxta Borealē Tanaidis infle ctionē Perierbidi, gens magna. Iuxta auſtralē uero Taxamatæ, ultra Tanaim uero, quo ſe lõgißime Mo ſcobia extendit, Sarmatia incipit Aſiatica, & deinde Scithia eſt iuxta Rha fluuiũ. ubi a Ptolemæo Phthiro phagi & Materi, cũ alijs quã plurimis ponuntur gē tibꝰ. deinde erat terra incognita, ubi hodie Permeska Corella, & Iuhra, uel Vngaria priſca fuit, quæ cuncta Moſcobitæ ſunt ſubiecta. In Moſcouia oritur fluuius Edel, id eſt, Rha, uel Volga necnõ Tanais ex terra

plana

plana ac paluſtri,cum multis alijs,ueluti Zuina,Mos ka, Ocha, Mimula &c. Lituania Moſcouiæ uerſus Boreã eſt cõiuncta. ad occaſum uero,ubi regio eſt Samagithia,Liuoniæ & Prußiæ adnectitur. ab ortu autem fluuijs terminatur Oskol,Iugra,et Donyetz,qui omnes in Tanaim exonerant. at meridiem uerſus Poloniæ & Ruſciæ adiacet.hec gens ſuperioribus annis admodum obſcura, & Rutenis ſubdita fuit. Verum quum ſuccedenti tempore duces nacta eſſet bellicoſos ita præualuit,ut totã Rußiã ſuo ſubijceret imperio, quin & Liuoniã,Pruſciã,& Poloniã aßiduis infeſtauit incurſionibus,adeo,ut niſi milites Cruciferi, cum aliorum chriſtianorum principũ ſubſidio, illis obuiã iuiſſent. tam de Polonia quã de Pruſcia actum fuiſſet. Nec tamẽ ita reprimi potuit,ut non maximas clades chriſtianis inferret,pariter & acciperet,durauitq; bellum infeſtiſsimum multis annis,donec tandem deficiẽte regia ſtirpe Polonica,Iagellus magnus Lithuaniæ princeps,fidem Chriſti unà cum regno Poloniæ & relictã Ludouici regis filia Heguide accepit,ac poſt ſuſceptum baptismum, Vladislaus eſt uocatus. Cõtingere hec ſub annum ſalutis, 1 3 8 6. Ab eo tempore Lituania,Samagitia,et Polonia in ſtirpe illa permãſit. Subſunt autẽ magni ducis Lithuaniæ imperio gẽtes multæ,& principes quã plurimi,tã Lithuani quàm Ruthenni. Ciuitas principalis Vilna eſt admodum magna ,ad fluuium eiuſdem nominis condita.

 Oritur

Oritur in Lithuania fluuius Boriſthenes, qui deinde per Ruſſiã fluens, in mare exit Ponticũ. Lingua gentis quadripartita eſt, paulatim tamen lingua ſubintrauit Polonica, necnon Germanica, ſequitur Lithuania & Samagithia ritum eccleſiæ Romanæ. Ptolomæus Galindos, Bodmos, Sudinos, Seuinos, Amaxobius & Cariones ibi poſuiſſe uidetur.

¶ Rußia ſiue Roxolania, et ipſa in Sarmatia poſita eſt Europea, ea duplex ẽ, Alba et Rubea, ſeu inferior à ſolis ortu flumine terminatur Tanaide & paludibus Meotidis. à Septentrionibus autem Moſcouiæ & Lithuanice adiacet, à meridie uero Valachia, Moldauia & Carpato monte diſterminatur. ad occaſum autem Poloniã et Maſouiã cõtingit, eã regionẽ olim inhabitarunt Maſſagetæ, qui & Alani & Hamoxobij ac ꝑ totum latus Meotidis Iaziges & Roxalani, necnon Chuni ad occaſũ uerſus Peucini et Baſtarnæ, Amanedoci & Nauari, Tyrangitæ, Sauromatæ & Gythones, cũ alijs nationibus Gothicis: ſiquidem ex his regionibus emigrarunt Gotthi, Alani, Scyri, Gepide, Heruli, Taiphali, Carpi, et reliquæ cũctæ gẽtes Gothicæ quemadmodum ex certißimis hiſtorijs oſtendi poteſt, nam Alani & Roxolani in uaſtißimis campis ad Tanaim uſq; habitarunt: qui hoc tempore ob Tartarorum incurſionibus penitus ſunt deſolati et inculti. Ad fluuium uero Deneper, qui eſt Boriſthenes & Dene-

ſter

ſter, qui et Tiras Gothi reſidebāt. Vnde digreſſi in duos diuiſi ſunt populos: nā qui ad ſolis ortum ſunt ꝓgreſſi, ac Thauricā Cherſoneſum cū multis alijs occupa rūt locis. Oſtragotthi hoc ē orietales Gotthi ſunt dicti. Qui uero occidentē uerſus prexerūt, Viſogotthi id eſt occidētales Gotthi ſunt adpellati, in horum locū Sclauini ſucceſſerūt, quēadmodum patet ex lingua. Cæterū hoc tēpore Ruſſia, magno duci Lithuaniæ, et principibus qui ſub ipſo ſunt, ē ſubdita præterea, quæ Moſcouitæ abraſerūt. Sanè et ſi regio illa pecoris, frumenti & mellis ſit fertiliſſima, præcipue ea quæ Podolia nūcupatur, ꝑ Tartaros tam̄ ac Turcas ad modū eſt uaſtata. Tartari enim Precopēſes, qui & Vlani, ex Thaurica Cherſoneſo quotidie illa inuadūt, & ſpoliāt. Turcæ uero poſtquam noſtra ætate Bialogrod, ſiue nigrum Caſtrū, ubi Tiras, hoc eſt Deneſter in pontum influit, necnon Kiliam, hoc eſt Album caſtrum non longe à Danubij hoſtijs occuparūt, nunquam ab infeſtatiōe Ruſſiæ ceſſarūt. Sed & Tartari Precopenſes munitionē citra Boriſthenem extruxerunt, nomine Ozarkon, ex qua Ruſſiam inuadunt & ſpoliant. ¶ Rutheni enim licet olim ſupra flumine præſidia quædam conſtituiſſent, per quæ Tartari tranſgredi ꝓhibebantur, ea tamen propter auariciam reliquerunt. Vnde iam Tartaris liber patet aditus. habet & Ruſſia ciuitates quamplures inſignes, quæ

magna

magna ex pte uaſtatæ ſunt, inter quas erat Chiouia urbs ampliſsima ad Boriſthenem fluuium ſita, forſitan Olbia ſeu Bariſchenis à Ptolomeo & Strabone uocata, iam pridem à Tartaris euerſa. in illa reſidebant Ruthenorum Metropolitanus, cui ſubditi fuere oēs Ruſsiæ, Lithuaniæ, Moldauiæ, et Valachiæ Epiſcopi. hodie Leopolis principalis eſt ciuitas, deinde Halitz, ambe iuxta fluuium Tiram ſitæ, cum pleriſq; alijs, nam Smolenſis necnon Pleſcomenſis et nouigradenſis ducatus, cum ciuitatibus ſuis Ruthenis, ut dictū eſt, per Moſcouitas ſunt adempti. Rutheni Sclauonico loquuntur ſermone, & ut plurimum Grecorum fidem ſequuntur. inhabitant & Ruſsiam Armeni, qui magnas exercent mercaturas. nā ad Aegyptum, Perſiam, & Indiā uſq; penetrant, inter Turcas enim & Machumetanos libere, & ubiq; ſine uectigalibus negotiantur, ita enim lege ſua Machometes conſtituit, quoniam ab Armenis educatus, & multis beneficijs affectus fuit. Cæterum quia Thauricæ Cherſoneſi facta eſt mentio. Sciendum eſt quod Oſtrogoti illā poſt primā occupationē uſq; ad hodiernū diē inhabitāt, nā licet impatores græci peninſulā illā aliquādo poſſederint, Ianuenſesq; Caffam, que eſt Theodoſia, occupauerint, Tamerlanusq; decātatus Tartarus illā ceperit, à quo tempore eā Tartari Vlani, qui et præcopenſes, ſeu Crimuenſes, ex oppidi nomine ita uocati

poſsiderunt

poßiderūt ac inhabitarūt, q & ipſi poſtea à Turcis fuerunt ſubacti, et ad tributū ſoluēdum coacti, Oſtrogotthi tamen ſemꝑ mōtana, licet ſub tributo poſſederunt: loquuntur autem Germanice, qua lingua oēs Gotthi, utpote Germani ſunt uſi. Supſuere ad ætatem uſq; noſtrā duces Gotthorum nobilißimi de Mankup dicti, qui caſtrum Mankup ſemꝑ à Tartarorum ui defenderunt, donec Machumet Turcarum imperator Caffam expugnauit. Tartarosq; ac peninſulam ſuo ſubiecit impio, tum & caſtrum Mankup cepit, ac duos duces fratres de Mankup gladio pcußit, in quibus & tota Gotthorum illorum nobilitas ceſſauit. Gotthi uero qui adhuc in mōtibus ſupſunt, ut plurimum uineas colunt, & inde uitam ſuſtentant. Proinde & hoc ſciendum, quód ex oībus nationibus Gotthicis nulla amplius in Germania ſupeſt, exceptis Scyris qui & nunc quoq; Stirij uel Strenſes adpellantur, & Turcilingis, qui & Turingi. Sed nec hoc ignorandum eſt, eā gētem, quæ hodie Turcarū adpellatur noīe, à Tartaris ortum ſumpſiſſe, quòd nō ſolum una & eadem lingua, ritus, uictus & ueſtitus, ſed & equitandi ac bellandi uſus, necnon fraudes, perfidia, & innata barbaries oſtendit & feritas. Falluntur igitur qui Turcarū gentem antiquißimā, aut Turcimanos eſſe putāt, cum parū plus ſint, quàm trecentū anni, ex quo primum Tartarorū nomen, antea penitus incognitū ſit

auditum,

auditũ, poſt quorũ aduentũ Ottomãnus ſe à Tartaris ſeiunxit, ac cũ ſuis Turcarũ nomen aſſumpſit, Tartariq; hodierna die Turcas clientes ſuos eſſe dicunt, ac deũ ob peccata eorum Turcas ſic extuliſſe cõquerun tur, quũ antea non ſolũ illorum fuerunt ſubditi, ſed ruſtici etiã, idq; Tartarum nõie ſignificare aſſerũt. Proinde gentes Sclauonicæ nõ ſolum magnam Europæ, ſed & Aſiæ partẽ occupauere, ſuperſuntq; hodie in montibus Iberiæ ac Albaniæ. Et uerſus mare Hircanum Circaſſi, gens bellicoſiſſima, quæ longo tempore Aegypto cum Syria ſub ſeruorum nõie imperauit. Habitant & ibi Gazarorum gentes, quæ hodie Abgazari & Abgazelli à Græcis uocantur: necnõ Mengrelli, apud has gentes Tartari Sauolenſes tela & alia comparant neceſſaria, & hi oẽs ex Sclauorum gente originem ſumpſere, linguaq; loquuntur Sclauonica, ac Chriſti fidem ſecundum ritũ Græcum ſequuntur: quin ꝑ totam Turchiam, præcipue apud milites, Sclauonica in uſu eſt lingua, ita ut Conſtantinopolis ipſa iam non amplius priſco nomine, ſed Cæſaris domus Sclauonica uocetur lingua, ſed & pauloante in aula Soldani Aegypti, milites, utpote magna ex parte Circaſſi, Sclauonicæ loquebantur.

¶ Supra mare Hircanũ et meridiẽ uerſus Zagathai habitabãt tartari, nõ ãplius iã in cãpis, ſed ciuitatibus lapidibus cõſtructis, ex quibus præcipua ẽ Samarcanda,

da, quã Iaxartes maximus Sogdianæ fluuius interluit, qui et in mare Caſpiũ exonerat: huius cõditor Tamerlanus fuiſſe dicitur, cũ quibus dũ Sophi rex Perſarũ bellũ noſtra gereret ætate, à Selymo Turcarũ impatore inuaſus & uictus eſt, qui et illi quicquid in Armenia poſsidebat, unà cũ Tauriſio regni caput ademit. Cæterũ qui Vinulos ſeu Vendos, reliquãue Sclauorũ gentẽ Vãdalorũ noĩe honeſtare cõtendũt, planè fallũtur, cõſtat eĩm claßicorũ ſcriptorũ authoritate, Vandalos ex Gotthorũ ortos eſſe gẽte, quẽadmodũ et Sciros Gepidas, Alanos ac reliquos Gotthicæ natiõis populos, inter quos nihil præter ſolam interfuit nomenclaturã, eiſdẽ enĩ inſtitutis eadẽq; utebãtur lingua, Germanica nẽpe, quemadmodũ ut dictum eſt, ex reliquijs quoq; gotthorũ qui mõtana Tauricæ Cherſoneſi præſenti adhuc ætate obtinẽt, diſcere licet, quũ Sclauorũ, Vendorũ et Viltzorũ loq̃la penitus à Germanica ſit diuerſa, quĩ et diu anteaquã Sclauorũ nomẽ ẽ auditũ, Vãdali populariter cum liberis et uxoribus è patria emigrarãt, iãq; Luſitaniæ ptẽ tenebant, ac in Africã traijciẽtes, Chartaginẽ cũ uniuerſa illa puĩcia ſuo ſubiecerãt impio. Sed et tã Oſtrogotthi quàm Viſigotthi Chriſtianã tũ ſuſcepant fidẽ, quũ Sclaui ſub initiũ oĩs religionis fuerint exptes, quorũ tanquam nouorũ hoſtiũ nomẽ, ſub Mauritio primũ auditũ ẽ, excurſiõesq; eorũ à Iuſtiniano nõ parũ ſunt repreſſe, donec ĩmenſa

multitudine

multitudine ſupantes, magnā Europæ & Germaniæ quoq; occupauerint partē, quod quidē Procopij alio rūq; pluriū authorū conſtat teſtimonio. Egreßi autē ſunt ex Scythia, quēadmodū multæ aliæ Barbaræ nationes, & ut Solinus Græcus ſcriptor refert, ex ꝓfundo Berſiliæ, dominatiq; ſunt omni peruiæ terræ, uſq; ad mare Ponticū. Gazari ſub initiū à Græcis adpellati, quēadmodū & hodie à Saracenis uocantur, nihil igitur Vandalis ac Vendis, præter noīs tantum conſonantiam quandam unquam cōmune fuit, licet Sorabi Viltzi, Vendi, ac reliquæ Sclauorū gentes à Vandalis derelictam occupauerint terram, quemadmodum & multas alias regiones ſuo ſubiecerunt imperio, prioribus expulſis habitatoribus, ſiquidem nulla unquam gens è Scythia egreſſa, tā copioſo numero ut Sclaui habitabilis terræ partem inundauit, nā quicquid eſt à mari Sarmatico & Baltheo, ad pontū uſq; & Adriaticum mare, nec non a Tanaide fluuio, uſq; ad umbilicum Germaniæ, cum tota Sarmatia Europea ac magna parte Aſiaticæ, necnon Boemia, Dalmatia, & Illyria ſua repleuerunt multitudine. Quòd ſi eiſdem artibus, qbus regna parātur etiā cōſeruarētur, ꝓculdubio oīm gētiū eſſent potētißimi. Verū quēadmodū hoīes, ciuitates, regna & natiōes, ſua habēt initia ac incrementa, ita etiā cum ad fatalem deueniunt periodum, rurſus decreſcere & peßum ire incipiūt, quoad

tandem

tandem penitus deficiant ac euaneſcant. Nibil enim *in hac mundana machina firmum, aut perpetuo ſtabile eſſe poteſt.*

❡ MONTES ET SYLVAE IN Germania ultra Rhenana.

❡ *Ex montibus Ptolomæus primũ ponit Sarmaticos qui nunc Hungariã, Poloniam, ac Germaniam diſter minant, uocanturq; Cremnitz & Scmnitz.*

❡ *Montes uero qui ſupra caput Danubij ſunt, hodie pars exiſtunt ſyluæ nigræ, iuxta oppidũ Villingen.*

❡ *Heluetiorum heremus, hodie ſupior pars eſt ſyluæ nigræ, cum ſylua Bregentina, quæ ad alpes uſq; pertingit.*

❡ *Abnobi mõtes uaria ſortiuntur nõia, multosq; ex tendũt ramos, à ſylua enin nigra, p ditionem Marchionis Badenſis, & ducis wirtenburgenſis, Niceriq; fluminis ripas excurrentes, p Sueuiã uſq; ad fluuiũ Cocerum, ac inde ad Tubarim ꝓgrediuntur, hinc Franconiam uerſus ac Babenbergam tendẽtes. ſyluã ſaltuoſam, hoc eſt, Steygerwald cõſtituunt. à Nicero uero ad amnem Mœnum, Ottemwald, ac ultra illũ weſter wald nominantur. Dehinc ad Chattos, hoc eſt Haſſiam ptingunt, à quo etiã Franconiam diuidunt, ibiq; Speßhart appellantur, & uſq; ad weſtphaliam, nec*

D non

non Rheni ripas Coloniã uſq; ſe extendunt.

¶ Melibocus uero mõs inde initium ſumit, & ad ortum tendit, nunc Hartzwal, & mõtana ſunt Miſnẽſium, cum argentifodinis, planèq; appendix eſt Abnoborum montium.

¶ Deinde ſylua ẽ Semana, hodie ſylua Turingorũ. Sub mõtibus autẽ Subdetis Gabreta eſt ſylua, nunc Bohemorũ dicta quoniã Bohemiam undiq; ꝑ gyrum circundat & claudit.

¶ Aſciburgij uero mõtis noĩe, mõtana illa cõtinẽtur, quæ ꝑ Sileſiã ad Poloniã et Cracouiã uſq; ſe extẽdũt

¶ Sudeti mõtes eſſe cẽſentur, qui nũc mõtana Babẽbergenſia uocantur, & ditio Marchionum Brandenburgenſiũ, ubi ciuitates ſunt Holfeld, Culmbach, Peyr reut, Hoff, cum Foytlandia.

¶ Sub his mõtibus prædicta Gabreta ẽ ſylua, quæ et ipſa pars eſt ſyluæ Bohemicæ.

¶ Sed et ſylua Hercynia initiũ inter hos et Sarmaticos ſumit mõtes, quæ immẽſo ꝓtẽditur tractu: nã Cæſar ſcribit, neminẽ huius Germaniæ eſſe, qui ſe audiſſe aut adijſſe ad initium huius ſyluæ dicat. etiã quum itinere quadraginta dierum ꝓceſſerit, aut quo ex loco oriatur accepit. latitudine uero nouẽ dierũ itinere expedito patere, multarũq; gentium fines ꝓpter magnitudinem attingere. Hanc olim, ut ex uarijs patet ſcriptoribus,

ptoribus, Germani inhabitarunt, fuitq; ibi Germania magna, ſed illam poſtea occuparunt Poloni gens Sclauonica, eamq; hodie cum Moſcouitis, & Lithuanis tenent.

¶ Luna ſylua, et ipſa pars ē ſyluæ Bohemicæ uerſus meridiem uſq; ad Danubium pertingens.

¶ In Rhetia & Vindelitia.

¶ Adula mōte, latus occidētale Rhetiæ terminatur, hodie alpes ſunt iuxta Curiam & loca circumiecta.

¶ Graiæ uero ſunt alpes, Atheſini, et Oeni uallis dicti, quæ Italiam uerſus extēduntur. Pœnæ autē ſunt iuxta principium Lyci amnis.

¶ Ocra mons hodie alpes ſunt circa Iuuanum, hoc eſt Salisburgum.

¶ In Norico.

¶ Cecius mons in Norico eſt, hodie Scyrorum ſiue Styrenſium montana.

¶ Caruancæ montis nomine, hodie Carnorū, Croatenſium ac Gorcenſium alpes continentur.

¶ Cæterū hoc quoq; ſcire refert, Germaniæ montes ac ſyluas, licet diuerſis appellētur nominibus, ab Alpibus tamen omnes incipere, ac poſtea ſemper continuo quaſi tractu hinc inde diſcurrere, rurſusq; in ſeipſos

reſl ecti, ac magna ex parte ad montana Bohemiæ, & ſyluam illam concurrere.

¶ Cæſar Bacenim ſyluã infinita magnitudine eſſe ſcribit & inter Sucuos ac Cheruſcos diſcurrere: ex quo patet, Bacenim eſſe, quã Ptolomæus ſyluam Semanã, hoc eſt Duringorũ ſyluã uocat. is enim eo tempore Sueuos Albis fluuij accolas à Cheruſcis dirimebat.

¶ Vltra Rhenum uero ſunt.

¶ Iura uel Iuraſſus mõs, cuius nomine Suitenſiũ hodie continentur alpes, uſq; ad Allobroges.

¶ Vogeſi montana ſunt, quæ hodie per Hunorum tergum, ac Lothoringiam extenduntur.

¶ Arduena olim latiſſima patebat, hodie Eyflia ps illius exiſtit. Strabo ait: Arduenam Morinos, Arebates, Eburones, & Menapios attingere.

¶ Riphei aũt & Hyperborei mõtes, de quibus priſci tã multa ſcripſere, nuſquam hodie cõparent, licet tota Europea & Aſiatica Sarmatia undiq; à Germanis, Polonis, & Moſcobitis ſit pergrata ac cognita: ſed omnia ſunt plana, niſi iuxta mare glaciale, ubi colles quidã eminent admodum mediocres. Amnes uero maximi, ueluti Rha, qui eſt Volga, Tanais & Duna, quæ et Zuina ex ſyluis, terra plana ac paluſtri et nequa-

nequaquam ex montibus aliquibus oriuntur.

¶ DE FLVMINIBVS Germaniæ.

¶ Flumina uero Germaniæ ſũt quàm plurima, quæ partim in Rhenũ, Danubiũ, Albim & Viſtulam exeunt: quædã & ſine aliorũ incremento in Oceanum exonerant Germanicum. Atheſis uero, licet in Alpibus & Germania oriatur, in ſinum tamen influit Adriaticum.

¶ In Rhenum igitur influunt amnes inſigniores, Ila non longe à Felthkirchio: poſtea Ara, Lymacia, & Ruſia, flumina rapidiſsima, ac Eluetiorum montibus ortum ſumentes.

¶ Deinde Nicerus ſiue Necarus fluuius celebris, in quẽ decurrũt Cocerus et Iageſta, necnõ alia quædam flumina ignobiliora. Poſtea Mœnus, uel ut quidã appellãt Moganus in Rhenum ex oppoſito Moguntiæ exit, fluuius magnus & nauigabilis. Verũ priuſquã exonerat multos alios recipit amnes: et primũ Regneſum, qui et Radiãtia & Tramaricus uocatur, is poſt quàm Pegneſum p Nurmbergã fluentẽ ſuſcepit, per Babẽbergenſem labitur urbem, à qua haud lõge miſcetur Mœno. ab hoc flumine Carolus Imperator, qui magni nomen eſt ſortitus, foſſam in Almonem; qui in

Danubiũ influit, ducere eſt aggreſſus, ac integrã æſta tẽ exercitũ in ope detinuit, ut hoc pacto à Rheno in Mœnũ, ac ex illo in Regneſum, inde p foſſam in Almonẽ, et ex eo in Danubiũ, et ita à mari in mare nauigari poßit. Verũ ob ingruẽtes ut fertur tẽpeſtates, ab ope ceſſare ẽ coactus: manẽt tamẽ adhuc manifeſta tanti conatus ueſtigia, inchoataq; foſſa pluribus in locis cernitur, præcipue tamen iuxta Burgum album, nunc weyſſenburgam.

¶ Deĩde Tubera in Rhenũ cadit, nõ pui noĩs amnis.

¶ Poſtea Naus, multis alijs auctus fluminibus. iuxta Bingium in Rhenum incidit.

¶ Exinde Moſellà, quæ ut ſupius eſt oſtenſum. Obrincus eſt, apud conflučtes in Rhenum exit. Verum prius Sarum fluuium magnum ſupra Treuirenſeum ſuſcipit urbem. qui Sarus antea Blijſſa & Nida quoq; augetur.

¶ Arar quoq; ex iugis Treuiricis, hodie Eyflia exortus, multis & ipſe auctus torrẽtibus & fluuijs, ſupra Rigomagum in Rhenum euoluitur.

¶ At ex alia Rheni parte Lona amnis inſignis p Haſſiam fluit, & multis auctus fluuijs, iuxta oppidũ Lonſtein in Rhenũ excurrit. Sequitur deinde fluuius Angra, deinde Rura, uel Adranus: & demũ Lupia apud weſaliam Rheno admiſcetur.

Nouißime

¶ Nouiſsime uero Moſa Rheno cõiũgitur, Rhenus, uero diuiditur in wachalim, hoc ẽ, den wal, & inſulã, nunc Dyſel uocatur, necnõ in Lecũ, id eſt, den Lech & ꝑ hæc tria hoſtia maxĩa exonerat in Oceanũ Germanicũ, totãq; inundat Selandiã, Holandiã, & Friſiã

¶ Amnes uero, qui in Danubium influunt, inſigniores hi ſunt.

Ilera die Iler.
Bernicus die wernitz.

¶ Lycus fluuius ingẽs & rapidus, ac multis auctus amnibus, iuxta Lechsgmund, haud lõge ab Auguſta Vindelicorum, Danubium irrumpit.

¶ Almonus fluuius, quo in tota Germania nullus piſculentior eſt, iuxta Kelham exit.

¶ Nabus uero ex mõte Pinifero oriẽs, ab Vilſum aſſumẽs, iuxta Ratiſponã exonerat, pariter et Regnus in quo reperiuntur conchæ margaritas ꝓducentes,

¶ At Iſara fluuius rapidus et ingens, ab alpibus per totam labens Bauariam, cum multos alios accepit amnes, iuxta Filshouen Danubium influit.

¶ Oenus uero fluuius maximus ac rapidiſsimus, quũ per Oeni uallẽ & Bauariã fluit, ac ꝑ Iuuarũ uel Saltzã, et multos alios auctus amnes, tandẽ iuxta Boedurũ, nũc Patauiũ, cũ tali impetu in Danubiũ ruit, ut per longiſſimũ ſpaciũ curſum ſuũ ſeruet, nec Danu-

bianis admiſceatur aquis, quemadmodum perſpicue exundarum colore apparet.

Ilza	Iltz
Trauna	Traun.
Eneſus	Ems.
Igla Die	Igel.
Leyta.	Leyta
Marchia uel Moraua	Marcß
Arabon.	Rab.

wag fluuius.

Grana fluuius.

Daras uel Drauus, die Trab; qui Murã uel Murum, die Mur ſuſcipit, fluuius ingẽs. Inter hũc & Danubium Turcarum Impator Ladislaum Hungariæ regem deuicit.

Tybiſcus.	Die Teyß, uaſtum flumen.
Saus.	Die Sau, amnis maximus, is iuxta Taururum, hoc eſt Albam Græcam, Danubium influit. Sequitur inde.
Moſchus.	
Rhaboſus.	
Ciabrius.	
Alutas	Forſitan Baralat & Secretius amnis.
Hicraſſus.	nunc Pruth fluuius.

in Oceanum

¶ In Oceanum exeunt poſt Rhenum.

Vidrus hodie Vnda nigra, in Cathorum montibus oriens.

¶ Amaſius ſeu Amaſia, nũc die Ems. in hunc fluuiũ Strabo Viſurgim & Lupiam deferri ſcribit, errore manifeſto, cũ Lupias in Rhenũ, Viſurgis uero longe ſupra Amaſum in Oceanum exeat.

¶ Viſurgis, weſera fluuius inſignis hic Fuldã, Ederam, werã, & Nidã amnes ſuſcipit, ꝑ Saxoniam, & iuxta Mindẽſem, werdẽſem, Gotingẽſem ac Bremẽſem labens ciuitates, tandem in Oceanũ exonerat.

¶ Albis dic Elb, magnus Germaniæ fluuius, in mõtibus Bohemiæ oriẽs, ſuſcipit aũt Multã flumẽ magnũ quod Pragẽſem præterlabitur ciuitatẽ, deinde Egrã, ex mõte Pinifero ut dictum eſt fluẽtẽ. poſtea Salam, ac Ortellam, demum ciuitatẽ Hamburgum præter labens, in Oceanum Germanicum uaſto euoluitur ore. Ad huius exitum Saxonum inſulæ ſunt poſitæ, quas ut dictum eſt, hodie Dietmarſi inhabitãt, gens indomita, & multis uictorijs cõtra Daniæ reges Sleſuicenſes duces, & nobilitatem clara.

Chaluſius fluuius Eidorus eſſe cenſetur.

Sueuus die Spre. ortus et hic amnis ex Bohemiæ montibus, ac iuxta Sundẽſem ciuitatem, hoc eſt, Laciburgum in Oceanum exit.

¶ Viadus, hodie Odera. fluuius magnus, in hūc Meuſa, quæ per Sleſiā & Vratislauiēſem labitur ciuitatē, fluit. Tādem apud Caminum in mare erumpit.

¶ Viſtula, quæ et Iſtula, ſeu Iuſtula, aut Vādalus adpellatur, fluuius ingēs, & ultra quem Ptolomæus Sarmatiā Europeā auſpicatur, oritur in montibus Sarmatiæ, & Cracouiā alluit, inde per Poloniā fluens, Drauanitz fluuium, quem quidā Drauennam eſſe uolūt, ſuſcipit. Deinde duobus hoſtijs & apud Dantiſcum & Elbingen in ſinum Codanum exit.

¶ Poſt hunc Chronus, qui Paſſaria eſſe cenſetur, in mare fluit.

¶ Inde Pregora fluuius, poſt quem Nemula amnis magnus, qui & Niemen uocatur, in Lithuania oriēs, in mare erumpit Prutenicum.

¶ Poſtea Hilge fluuius, deinde Poler fluuius, ſequitur, hunc Duna, quæ & Zuina ac Binda, ingens fluuius, qui & ipſe in Lithuania oritur, ac iuxta Rigam ciuitatem in mare erumpit, forte apud Ptolomæū eſt Cherſinus.

¶ Inde Anne fluuius, tandem Narua ſupra ciuitatē Reualienſem iuxta Flautennam in mare exonerat. Limes hic eſt inter Liuoniam, quæ crucigeris paret, & Moſcouiam, hoſtia fluuij huius in eleuatione

polari

polari graduum. 62. eſſe feruntur.

¶ IN PONTVM AVT EVXINVM *fluunt.*

¶ *Tiras, der Neſter, qui iuxta caſtrum nigrum in mare exit.*

¶ *Boriſthenes, der Neper, in Lithuania ortũ ſumens & per medium ferè Ruſſiæ labens.*

¶ *Tanais. Don. oritur in Moſcouia, ex terra plana, & nequaquam ex montibus.*

¶ *Rha fluuius maximus, oritur in Moſcouia, quum q; ſub initium uerſus Septemriones fluat, mox ad oriẽtem flectit, longeq́; Tanaim ambit, tandem ad meridiem conuerſus, per Sarmatiam Aſiaticam, & campos planiſsimos Tartarorũ uagatur, ac per uiginti quinq; hoſtia maxima in mare Caſpium, quod nunc mare de Bachan uocatur, exonerat, iuxta ciuitatẽ Derbet. Oriuntur aũt in Moſcouia, præ cæteris tria maxime flumina, nẽpe Zuina, Tanais & Rha. Proinde mercatores Germani, tria maxima flumina eodem uocant nomine, nempe Danubium, uel Iſtrũ, Dunã, quæ & Zuina, ac Tanaim, et cũ ſe de lõginqua peregrinatione iactitant, tres ſe Danubios uidiſſe aſſerũt. Proinde in his omnibus nihil certi affirmamus, niſi ubi ueritas*

ſe ipſam

ſeipſam manifeſte ꝓdit. quis enim in re tā dubia, & ubi ꝓpter uariarū gentium tranſmigrationē oīa ſunt immutata, non aliquādo aberraret? planè enim conſtat numeris haud cōfidendū eſſe, quos Ptolomæus *in his oris nequaquā ex obſeruatiōe certa, ſed ex aliorū ſcriptis aut dictis, uel ꝑ inſtrumentū quoddā* Mathe*maticum ſeu iuxta cōiecturā aßignauit, quod et ipſemet ingenue fatetur.* P*orrò in* Germania *inferiori nequaquā abſurde à fluuiorū aliquādo ſitu credibilis ſumi poteſt cōiectura: at in* Germania *ſupiori nullus ab ſcriptoribus recēſetur fluuius (præter* Danubiū, Mœ*num &* Oenū, *licet multi alij ſint, & inſignes) cuius adminiculo uel parūper ad ueritatē accedi poſſet: ubiq; igitur cōiectura potius quàm ulla nitimur certitudine, ita tamē, ut nemini legē præſcribamus, ne à noſtra diſcedat opinione, nā quicūq; oſtendere poterit, ſe nobis rectius ſentire: huic nō ſolum nō repugnabimus, ſed etiam gratias habebimus gratißimas, ſi nos melius informare ualebit, ego enī ita in pleriſq; me dubiū eſſe fateor, ut ignorē etiā, cui nā genti patriā meā* Nu*renbergam, quæ* Segodunū *eſſe cenſetur, aſcribere debeam. hoc tamen ꝓ cōperto habeo,* N*oricos quum à* Romanis *expellerētur, ultra* Danubiū *& in hāc regionem conceßiſſe, quæ & hodie ab his nomen retinet, et* Norica *uocatur, qua cōtinetur quicquid ab exi-*

tu fluuij

tu fluuij Almonis in Danubiũ Nurenbergã uſq; ptẽditur, ita, ut Albus burgus, nũc weyſenburg in Noricis eſſe dicatur, ſed & proculdubio Norimbergi quaſi mõs Noricus, à Norica regiõe nomen accepit, Traiectusq; amnis Regnicij p miliare unũ à Norimberga diſtans, Germanice Furt, in Norico agro reputatur, à quo deinde occaſum uerſus ac Septentriones Francia oriẽtalis ſeu Frãconia ortũ auſpicatur. Sita eſt autem Norimberga, nõ ſolũ in Germaniæ, ſed & totius Europæ umbilico: tantũ enim diſtat à flumine Tanaide, quantum à Gadibus: ab Oceano quoq; Germanico, quantum & à mari mediterraneo, altitudo eius polaris gradum eſſe cenſetur. 49 ⁊ uera autem longitudo graduum. 27. minut. 22. quæ quidem longe diſcrepat à deſcriptione Ptolomæi.

REGIONVM ET CIVITA tum quarundam nomina.

Olim	Nunc
Rhetia	Sueuia transdubiana, iunctis Alpibus.
Vindelicia	Bauaria.
Noricum	Landt an der Ens.
Pannonia ſuperior.	Auſtria.

Panno-

Pannonia inferior	Vngaria.
Marcomanni	Merhern
Cimbrica Cherſoneſus	Ducatus Holſatiæ, & Schleſuicenſis.
Sicambria	Montenſes hodie ibi degunt.
Bataui	Geldrenſes iuxta Rhenum & wahalim, ac etiam Holandi.
Arduenna	hodie dicitur Ardenna.

apud Namurcũ, ac magna pars eſt dioceſeos Leodicenſis, & pars ducatus Lucemburgenſis ac Iuliacenſis, uſq; Coloniam, uide Cæſarem.

Gallia Narbonenſis	Prouincia.
Gallia comata	Francia.
Lutecia	Pariſium.
Remi	Reins.
Sequani	Burgundiones comitatus.
Hedui	Burgundiones Ducatus.
Allobroges	Subaudienſes, cis & ultra Lemanum lacum.
Aulertij	Aurelianenſes.
Ambia	Amiens.
Atrebates	Aters, ciuitas Epiſcopalis, nomen hodie tenet.

Bibractæ

Bibractæ	Beurai.
Alexia	Alſetum.
Gergouia	Claramont.
Genebum	Orliens.
Gebenna	Genff. certum ex Cæſare.
Arar	Sagona.
Turones & Veneti	Britannia.
Lacus Lemanus	Lacus Loſanē. certum
Britannia inſula	Anglia.
	Scotia.
Hibernia	Hodie dicitur Hibernia inſula uerſus occidentē Britanniæ.
Dania	Denmarckt.
Noruegia	Nortwegen
Suetia	Schueden.
Gotia	Gotlandia inſula.
Scandia	Schonlandt.
Luſitania complectitur	Portogalliam, regnū Murſiæ. ac partem Granatæ.
Gallatia	Galitia.
Tarraconenſis	Cathelania & Arragonia.
Betica	Caſtiliæ pars magna, ac pars etiam Granatæ.

Hiſpalis

Hiſpalis	Sybilia.
Triballi	Bulgari.
Miſia ſuperior	Boſna.

Dalmatia hodie dicitur Dalmatia & Sclauonia, pars eſt Liburniæ & Hiſtriæ.

Illyrij	Boßinenſes & Dalmatæ.
Miſia inferior	Seruia & Raſcia.
Getæ	Tranſyluam
Datia	Valachia.
Traciæ pars maxima	Romania.
Macedonia	Albania.
Boetia cum Phocide	Ducatus.
Attica & Megarēſis ora.	Setina.
Hellas cum Locride	Vlachia.
Etholia	Deſpocatus.
Ambratia	Larta.
Peloponeſus	Morea.
Iſtmus	Heximilium.
Sparta	Miſiſtratum.
Licia	Briqua.
Ionia	Quiſcum.
Aeolia	Folia.
Pontus	Trapezus.
Berithum	Barut
Epiphania	Alepum.

Memphis

Memphis	Cayrum.
Babylon	tac h.
Aphrica	Barbaria.
Tunes	Tuniſi ꝓpe Carthaginem.
Cumania	Tartaria inter Rha fluuiū, & Tanaim.
Gedroſia	Tarſe, Guzerat, et Cābeia
Caramania & Aria	Turqueſte & Duilcindæ regnum.
Iberia & Albania	Colchis et Comaniæ pars.

India intra Gāgen, nunc Melibar, uel Zulmādo, cōtinet Regnum de Decā, Calequut, Cochin, Coulā, nec non Narſingæ & Otiſſe regnum.

India extra Gangen	Mazin, Regnū Bāguelæ, Eracāgui, Pego, Aua, Damaſian, Ternaſuri, uſq; ad Cherſoneſum Auream.
Inſulæ Fortunatæ	Canariæ.
Inſulæ Heſperidum	Caput Viride.

¶ INDIA coniecturaliter.

Ptolomæus	Nunc.
Praſſum ꝓmontorium	Monſambic.
Rapta	Quiloa
Tonica	Mombaza.

Apocopa	Melinda.
Zingis	Caput de Guarda fu.
Aromata	Zeila.
Moſylum	Cauaquin.
Dire	Babel Mendap. ubi ſūt angustiæ rubri maris nūc ſtrictum de Mechia.

¶ Ab alia uero parte maris. rubri.

Arabia felix	Leaman uſq; ad Adem.
Badeo	Gyda.
Muza	Maha.
Ozelis	Adem.
Syagros	Caput fartaq;.
Armuza	Ormus.
Alambater	Diu.
Mongloßum	Goa.
Simyla	Calecut, uel Choſin.
Comaria, pmontorium	Comaria.
Colchi	Cael.
Aurea Cherſoneſus	Malaqua
Sinæ	Schin.

Poſtea eſt Regnum de Cuſch, & Zampa, deinde Cathaio.

Cæterum

¶ Cæterum quia multa colendarum inſulas nuper ab Hiſpanis inuẽtas, omni ætate fuiſſe incognitas: libuit hic adijcere, quid Ariſtoteles in libro de admirãdis in natura auditis, de illis ſcripſerit, quæ talia fere ſunt.

¶ Aiunt etiã Phœnices illos, qui ultima Gadiũ incolunt, quum trans Herculis columnas ꝑ dies quatuor enauigaſſent, uento maximo Apeliote tracti, adplicuiſſe tandem ad loca quædã inculta prorſus ac deſerta, uerũ plena multa illuuie, & cõtinuo penè cõquaſſata motu, ea ubi ceſſauerit æſtus, facile conſpici poſſe: ſed redeũte immergi, in quibus inueniſſe eos affirmãt incredibilem quandam thymorũ multitudinem, magnitudine quidẽ & amplitudine admirabili. Tum uero ab his parari laqueos cœpiſſe, quibus cũ caperentur, captos aũt membratim concidere, atq; eorum carnes deſiccare paulatim cõſueuiſſe, ac demũ in uaſis reconditos, deferre Charthaginẽ. Verũ à Charthaginẽſibus nõ amoueri amplius è ciuitate, ſed potius eos inter ſe cõſumere, ob eam quam ferunt huiuſmodi piſces in conuiuijs dignitatem & excellentiã de ſe præſtare. Hanc Thumorũ multitudinem palã iam cernere eſt in inſula Madera, & inſulis quæ Faial ſeu Noua Flãdria adpellantur. Proinde in eodem libello Ariſtoteles ita quoq; ſcriptum reliquit.

¶ Trans Herculis colũnas in eo mari quod Athlãti

cum dicitur, inuētam quandā inſulam à Carthaginen-
ſium mercatoribus olim fuiſſe inquiūt, à nullis ante id temporis habitatam, præterquam à feris, et propterea ſylueſtrem admodum & multis refertam arboribus: alioquin fluminibus plurimis ad nauigandum aptiſſimis plenam, ac incredibili quadam omnium rerum naſcentium ubertate profluentem, ſed remotam à continenti plurium dierum nauigatione, ad quam cū non nulli Carthaginenſium mercatores forte acceſſiſſent, captiq; eius loci fertilitate ac aeris clementia, ibi ſedē fixiſſent: cōmotos ob id Carthaginenſes ferunt, ſtatim conſilio publico decreuiſſe, morte indicta, ne quis poſt hac illuc nauigare auderet. & qui iam erant iuſſiſſe ſtatim interfici, ne ipſius inſulæ fama perueniret ad alias nationes, ſubmitterenturq; alicui fortiori imperio, ac fieret quaſi oppugnaculum quoddam aduerſus eorum libertatem.

¶ Proinde compertū eſt ex obſeruatione eclypſis, quæ fuit in mēſe Septēbri anno ſalutis. 1494. Hiſpaniam inſulam, quatuor fermé horarum interſticio ab Hyſpali, quæ sibilia eſt diſtare, hoc eſt gradibus. 60. qualium eſt circulus maximus. 360. mediū uero inſulæ cōtinet gradus. 20. circiter in altitudine polari. Nauigatur autem ſpacium illud cōmuniter in diebus 35. alatudo uero continētis oppoſita, cui Hiſpani ſan

ctæ

ctæ Marthæ nomen indidere, circiter graduum eſt 12. Darieni uero terra & ſinus de Vraca gradus quaſi tenent. 7.½. in altitudine polari, unde longiſſimo tractu occidentem uerſus terra eſt, quæ uocatur Mexico & Temiſtitan, à qua etiam non longe remota eſt inſula Iucatan cum alijs nuper repertis.

¶ FINIS.

Quaternione. C. Colũna. 12. uerſu. 3. lege Boriſthenis. & uerſu. 9. Pleſcouienſis. uerſu ulti. Crimnenſes

D7570

C
J530
P667g